

troni et duorum naulizantium. Qui, si concordari se nequiverint et fuerint in terra qua sit bailiuus, accipiant, ipsi quatuor, vnum comunem hominem, et fiat saornatio sicut providebit maior pars eorum

De nauibus stiuan-^{dis} ad trabem dicimus ut stiuentur secundum providentiam bagliui uel hominum quos ipse posuerit super stiuatione facienda. Quod si illuc non fuerit bayliuus, in providentia sit nauclerij et unius ex naulizatis, qui fide manuali teneantur dicere quod bonum eis videbitur de stiuatione cum saluatione nauium

De caricatione dicimus quod nulla mercimonia ponantur super cohopen^{ta} superiori, excepto opera sete, et nulla mercimonia carici ponantur inter duo cohopen^{ta}, nec etiam zucorum neque verzi. Quod si caricum aliquod poneretur inter duo cohopen^{ta}, ita quod patroni nescirent, et clarum sit quod ipsi nesciuerint, non teneantur exinde. Tamen omnes res illas quas patroni deferre volunt pro nauis utilitate, potestatem habeant ponendi eas vbicumque voluerint.

Et quelibet nauis inter duo cohopen^{ta} mensuretur ab uno delfino usque ad alium (1), et dimittatur pro glaua ab arbore de medio uersus prodam; saluo eo quod una camerella esse debet ab arbore de medio usque ad portam inter stantos (2) pro utilitate sarciorum nauis.

Item nulla camerella sit in aliqua nauis super cohopen^{tura} superiori, nisi ille camerelle de pupi et una de arbore de medio vsque ad portam pro utilitate velorum nauis.

(1) Due coppie di bracciali messi ai due lati del tagliamare per legarlo più strettamente alla ruota di prua; si usava scolpirli in forma di delfini.

(2) Puntelli.